

Si modò expressè non appareat, Testatorem voluisse recedere, illosque novis tabulis infirmare, *d. §. 1. §. h. t. & L. 5. ff. eod. vel Postiores Testamento, L. conficiuntur. 8. pr. & §. 3. ff. b. cujus pars l. quidam referunt. 14. pr. ff. eod. L. Sicut. pen. ff. Quemadm. Testam. aper. supplementum arg l. uxorem. 41. §. Codicillis. 2. de leg. 3. & seqvela esse censentur, arg. l. ab intestato. 16. in fin. ff. h. t. Ex quo, etiam si in eo confirmati non fuerint, vires suas capiunt, L. si quis cum Testamento. 3. §. ult. l. Divi Severus. 6. §. 4. eoque perempto, utputa, si heres scriptus recu-  
 favorit adire hereditatem, & ipsi perempti censentur, *d. l. 3. §. fin. cod. Petr. Greg. par 3. Syntagm. lib. 43. cap. 1. n. 8. in fin.**

(d) Sunt namque Codicilli alii Testamento confirmati, *d. L. ante Tabulas. §. d. l. Divi Severus. 6. §. ult. ff. b. L. sed etiam ad ea. 31. de leg. 1. d. l. uxorem. 41 §. Codicillis. 2. de leg. 3. L. Testamento. 3. pr. de Testam. Tutel. L. si certarum. 17. §. fin. de Testam. milit. alii non confirmati, L. post legatum. 5. §. principale. 14. ff. de his, quæ ut indignis. L. libertates. 43. ff. de manum. Testam. d. l. si quis. 3. §. ult. ff. b. §. non tantum. 7. eod.*

Confirmantur autem secundum *L. conficiuntur. 8. princ. ff. de Jur. Codicillorum.* vel in tempus Præteritum, ut: Codicillos quos antè feci, vavere volo. *L. verbum erit. 123. de V. S. vel in Futurum, ut: Si quos Codicillos reliquero valere volo, & ea quæ illis caverò, legavero, præstetis volo. L. Lucius Titius fin. de Fideicomm. libert. vel in utrumque, si quid ad hoc Testamentum pertinens reliquero valere volo, L. Plotiana. 18. b. Petr. Gregor. d. l. n. 10. Mejer. in Coll. Argent. d. t. b. 4. Harpr. ad pr. §. b. n. 24.*

#### THES. XIV.

Finis Codicillorum est utilitas, (a) eaque tam Publica, (b) quàm Privata. (c)

(a) Utilitatem ut Finem Codicillorum dicamus, persuadent nobis Scaliger *Exerc. 250. f. 1. Picol. gr. 10. Philos. moral. & Philosophi communiter asserentes omnem Finem esse ex genere bonorum. In agendo enim & deliberando maximè consideramus, an quid expediat utileque sit, nec ne, cap. Magnæ 7. X. de voto. Everhard. loc. 131. à virtute Finis. n. 1. quì autem malum dici potest, id quod propter se*  
 F 3 expe-